

cum scribat. Caterum manifestum est scripturam istam eos fideles designare, qui in matrimonio gentili inuenti à dei gratia fuerunt, secundum uerba ipsa: Si quis, inquit, fidelis uxorem habet infidelem: nō dicit uxore duci infidelem, ostendit iam in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia dei conuersum perseverare cum uxore debere, scilicet propterea ne qui fidē consecutus putaret sibi deuertendum esse ab aliena iam & extranea quodā modo fœmina: adeo & rationem subiicit, in pace nos uocari à domino, & posse infidelem à fideli per usum matrimonij lucriferi. Ipsa etiam clausula hoc ita intelligendum esse confirmat, ut quisque, ait, uocatur à domino ita perseveret: uocantur autem gentiles, opinor, nō fideles: quod si de fideli ante matrimoniū pronunciaisset, absolute permiserat sanctis uulgo nubere: si uere permiserat, nunquā tam diuersam atq; contrariam permissui suo p nunciationem subdidisset, dicens: Mulier defuncto uiro libera est, cui uult nubat, tantum in domino. Hic certe nihil retractandum est: nā de eo quod tractari potuisset, CHRISTVS cecinit: ne, quod ait, cui uelit nubat, male uteremur, adiecit, tantum in domino, id est in nomine domini, quod est in dubitate Christiano. Ille igitur CHRISTVS sanctus, qui uiduas innuptas integritati perseverare mauult, qui nos ad exemplum sui hortatur, nullam aliam formam repetūdarum nuptiarum nisi in domino præscribit, huic soli conditioni continentiae detrimenta concedit: tantum, inquit, in domino.

*Forte *adicit* * Abiecit pondus legis suæ tantum. quo sono & modo enunciaueris dictū istud: & onerosum est, & iubet, & suadet, & præcipit, & hortatur, & rogat, & cōminatur: detractata & experta sententia est, & ipsa sui breuitate fœcūda: sic solet. diuina ūxor statim obserues. Quis enim intelligere possit pericula multa & uulnera fidei in huiusmodi nuptijs quas prohibet Apostolus prouidisse: & primo quidem carnis sanctæ in carne gentili inquinamentū præcauisse. Hoc loco dicit aliquis, quid ergo refert inter eum qui in matrimonio gentilis à domino allegitur, & olim id est ante nuptias fidelem, ut non pinde carni suæ caueant: alter arceatur à nuptijs infidelis, alter in his perseverare uideatur: cur si à gentili inquinamur, non & ille disiungitur, quemadmodum iste nō obligatur? Respondebo si spiritus dederit, ante omnia allegās dominū magis ratum habere matrimoniū nō cōtrahi, quā omnino disijungi: deniq; diuortium prohibet, nisi stupri causa, continentia uero cōmēdat. Habet igitur ille perseverandi necessitatem, hic porrò etiam nō nubēdi potestatem. Tunc si secundum scripturam qui in matrimonio gētilis à fide deprehenduntur, erunt: ac propterea nō inquinantur, cum ipsis alij quoque sanctificantur: sine dubio isti, qui ante nuptias sanctificati sunt, si extraneæ carni cōmisceantur, sanctificare eam nō sint deprehensi: dei autem gratia illud sanctificat, quod inuenit: ita quod sanctificari nō potuit, immundū est: quod immundū est, cum sancto non habet partem, nisi ut de suo inquinet & occidat. Hæc tria sunt. fideles gentiliū matrimonia subeuntes, stupri reos esse cōstat

A D
 esse cōstat, & a
 soli dicentis,
 nuptiales de il
 contractum a
 betur: non stu
 lucinus mer
 non sumus no
 igitur carnem
 delictum quic
 carnis iniuria
 mino grande
 men oneratur
 ab Apostolo
 lina. Quis en
 corrupunt r
 viduus usus:
 modo potest
 Gentilem eni
 dias seculare
 sanō ut pene
 sub oculis dei
 ficia pendat c
 ore diaboli
 dia & officia:
 iniuria obser
 dum erit, nur
 iugem suam
 nora quæq; t
 nerit, à latere
 stantem secu
 mant, sine su
 tyris reptare
 sanctorum p
 te habere. si
 cui largiendū
 stra nec obst
 quod sub cō
 operamur. I
 sustinet, tim
 scientia, & si
 delinquas, a